www.e-rara.ch

Divi Gregorii Nazanzeni Episcopi, theologi, Graeca quaedam & sancta Carmina

Gregorius

Basileae, [1567]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1858

Ex carmine luculento divi Gregorii theologi, de virginitate, ecloga

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

EX CARMINE LVCVLENTO DIVI GREGORII THEOlogi, de Virginitate, Ecloga.

In qua cùm alia præclara multa, tum myſterium incarnationis filij Dei, & fructus eius clarè exponitur.

Τόφρα ᾗ καὶ δυὰς ἦεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρίστη,
καὶ γάμος, ἀνδρομέης γενεῆς φύσις, ἄλκαρ ὀλέθρου,
ὥσκεν ἀπολλυμένων τε καὶ ἐρχομένων μετόπισθεν
ἕλκηται μερόπων τρεπτὸν γένος. οἷα ῥέεθρον,
ἄστατον ἐκ θανάτοιο, καὶ ἱστάμενον τεκέεσσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ κόλποι τε καὶ εὐρέα πείρατα γαίης,
ἀντολίη τε, δύσις τε, νότου πλευρὴ, βορέου τε
πλῆσθεν ἐφημερίων, ὕβριν δ' ἐξέζεσε ἰλὺς,
καὶ πολλοῖσι πύρος παιδεύμασι πλάσμα δαμασθὲν,
γλώσσαις τεμνομένῃσι, καὶ ὕδασι, καὶ πυρὸς ὄμβροις,
καὶ γραπτοῖο νόμοιο διδάγμασιν, ἠδὲ προφήταις,
οὐκ ἔθελε πρώτης κακίης ἄπο δεσμὰ τινάξαι,
ἀλλ' αἰεὶ στερεοῖσιν ἐν ἅμμασιν εἴχετο σαρκὸς,
μαχλοσύναις τε μέθαις τε καὶ εἰδώλοισι μεμηνὸς·
ὕστατον τοιῆσδε φίλον γένος ἔμμορε τιμῆς,
νεύμασιν ἀθανάτοιο πατρὸς, καὶ ἔργμασι παιδός.
Θεὸς, ὅσον βροτέῳ ἐνὶ σώματι κάτθετο μοίρης
οὐρανίης, λούσας κακίης ἀπὸ θυμοβόροιο

δαπλό-

θ' ἀπτόμενον, σκολιόν τε βροτοῦ μεδέοντα δράκοντα,
ὥσκεν ἀναστήσειεν ἑὸν λάχος, οὐκέτι νοῦσον
ἄλλοισιν ἐφέηκεν ἀρηγόσιν· οὐ γὰρ ἐπαρκὲς
τοῖς μεγάλοις παθέεσσι μικρὸν ἄκος. ἀλλὰ κενώσας
ὃν κλέος, οὐράνιός τε καὶ ἄτροπος οὐρανίοιο
εἰκὼν, ἀνδρομέοις τε καὶ οὐ βροτέοισι νόμοισι
σεμνοῖς ἐν σπλάγχνοισιν ἀπειρογάμοιο γυναικὸς
σαρκωθεὶς· ὢ θαῦμα ἀφαυροτάτοισιν ἄπιστον·
ἦλθε θεὸς θνητός τε, φύσεις δύο εἰς ἓν ἀγείρας·
τὴν μὲν κευθομένην, τὴν δ' ἀμφαδίην μερόπεσσιν,
ὧν θεὸς ἡ μὲν ἔην, ἡ δ' ὕστατον ἄμμιν ἐτύχθη,
τῆμος ὅτ' ἐν σπλάγχνοισι μίγη θεὸς ἀνδρομέοισιν,
εἷς θεὸς ἀμφοτέρωθεν· ἐπεὶ θεότητι κερασθεὶς,
καὶ βροτὸς ἐκ θεότητος ἄναξ καὶ χριστὸς ὑπέστη.
καινὴ δ' ἔπλετο μίξις, ἐπεὶ προτέρην ἀθέριξα.
πρῶτον ἐγὼ πνοιῆς θείης λάχον· ὑστάτιον δὲ
χριστὸς ἐμὴν ψυχήν τε καὶ ἅψεα πάνθ' ὑπέδεκτο,
κεῖνον ἀδὰμ τὸν πρόσθεν ἐλεύθερον, ὃς γυμνὸς ἦεν
ἀμπλακίης, πρὶν ὄφιν τε ἰδεῖν, καρποῦ τε πάσασθαι
καὶ θανάτου, θυμὸν δὲ νοήμασιν ἔτρεφεν ἁπλοῖς
οὐρανίοις, μύστης τε θεοῦ, θείων τε φαεινός,
τὸν μὲν ἀναπλάσσων βροτέην θεὸς ἐς φύσιν ἦλθεν,
ὥσκεν ἀεθλεύσας τε, καὶ ἐκ θανάτοιο φονῆα
νικήσας, γεῦσιν τε χολῇ, καὶ χεῖρας ἀθέσμους
ἥλοισι, σταυρῷ τε φυτὸν, καὶ ὕψει γαῖαν,
πρὸς ζωὴν παλίνορσον ἀδὰμ καὶ κῦδος ἀνάξῃ.
πείρασι δ' ἁπλώσας ἱερὸν δέμας ὃν, βροτὸν αὐτὸς
ἐκ περάτων συνάγειρε, καὶ εἰς ἕνα δήσατο φῶτα,
καὶ μεγάλης θεότητος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔθηκεν,

αἵματι μὲν ἀμνοῖο μολύσματα πάντα καθήρας,
οἴμου δ' οὐρανίης θνητοῖς ἄγος ἔνθεν ἀείρας.
ὦ ἄνα, τίς δέ κε σεῖο νόον καὶ βένθος ἀνεύροι,
ὃς σταγόνων ὑετοῖο, καὶ ὃς ἁλίης ψαμάθοιο
οἶδας ἀριθμὸν ἅπαντα, καὶ ὃς ἀνέμοιο κελεύθους;
ὑψιμέδων, ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντα κυβερνᾷς,
αἰὼν ὅσσα κέκευθεν ἀπείριτος· ἐς δέ σε τείνων
νοῦς μερόπων, τυτθὸν λεύσσει σέλας, οἷα τάχιστα
ἀστεροπὴν φεύγουσαν ἀπ' ἠέρος· ἀλλὰ τόδ' ἔμπης
ἀτρεκές, ὡς παθέεσσι τεοῖς βροτὸν ἔνθεν ἀείρας
ἐς βίον ἄλλον, ἔθηκας ἐλεύθερον αὐτὶ κακοῖο.
πρόσθε μὲν ὠδίνεσκε βίος, καὶ κόσμος ἔραζε,
καὶ χθονίων βασιλῆα πολὺς ἀμφίστατο λαὸς,
οὓς μεγάλου βασιλῆος ἀφήρπασε κερδοσύνῃσι·
νῦν δ' αἰνῆς κακίης Χριστὸς ἄπο χειρὸς ἐρύσσας,
ἄψ ἀνάγει πρὸς ἄνακτα μέγαν, καὶ κόσμον ἀρείω.
κεῖνο γάμος μερόπεσσι, τόδ' ἀζυγίη θεοειδής·
κόσμος ὁ μὲν γαίης, ἣ δ' οὐρανίοιο θεοῖο.

INTERPRETATIO
LATINA.

Matrimonium duorum poſt primos parentes paradiſo exactos inſtitutum à Deo.

Optima tunc hominũ cõiunctio uiſa duorũ,
Connubiũ, gentiſq; parẽs, medicinaq; fati:
His ut defunctis, atq; his orientibus, uſq;
Fluxum duraret hominum genus, amnis ad inſtar
Decurrens obitu, perſiſtens poſteritate.

Genus humanum uarijs à Deo plagis propter impietatem mulctatum : & per legem atq; prophetas ad ueram religionem excitatum.

At

At poſtquam terræq; ſinus, fineſq; patentes,
Eurus quà, Zephyrus'ue, aut flat Boreas'ue Notúſ
Gens noſtra impleuit, limuſq; efferbuit æſtu (ue.
Peccati: grauibuſq; modis homo doctus abundè.
Linguis diſſectis, undis atq; imbribus igneîs,
Et legis ſcriptæ tabulis, & carmine uatum,
Criminis haud potuit primi depellere uincla:
Sed carnis neruo obſtrictus, nexuq; potenti,
Stupris & uino indulſit, cultuq; deorum:
Poſtremò hunc tandem gens chara inuenit honorē Hebr.2.
Aeterni nutu Patris, & munere Gnati.

Redemptio & reſtitutio in integrum generis humani, per filium Dei corporatum.

Nam Deus, humano cœleſtem in corpore partē
Depoſitam cernens uitiorum ſordibus uſq; Homo Satanæ ſeruitas.
Corrumpi, atq; hominem ſæuo ſeruire draconi,
Vt ſortem ipſe ſuam aſſereret, non amplius ulli
Hanc morbi curam commiſit. Maxima nanq;
Non tollit medicina leuis mala. Numinis ergo
Submittens decus immutabilis, æthereuſq;,
Aetherei effigies, hominum ſub lege creatus,
Non hominum de more tamē, caro matris ab aluo
Virginis intactæ, ſancta: (mirabile dictu,
Credere quod nequeant infirmi) prodijt idem Filius Dei incarnatus
Et Deus, & mortalis Homo: dum iungit in unum Chriſtus.
Naturam geminā: hanc manifeſtā, illamq; latentē,
Qua Deus uſq; fuit: nobis aliam ille recepit,
Viſceribus Deus humanis cùm conciperetur:
Vnus utrinq; Deus: rex Chriſtus numine mixtus,

Eq. Deo mortalis homo ſic ſubſtitit ipſe.
Mixtio quippe recens.—

Progreſſus eſt Deus, cum aſſumptione, unum ex duobus contrarijs, carne & ſpiritu: quorum alterum quidem deificauit, alterum uerò deificatum eſt. O' mixtionem nouam: ò inopinabilem temperaturam. Gregorius Theologus in homil. Paſchal.

Vnio iſta diuinæ & humanæ naturæ, in una perſona Chriſti piè & cautè eſt retinenda, per fidem rectam: ne uel naturarum confuſio, alterius'ue abolitio (quæ Eutychianorum & Dimeritarum eſt hæreſis) uel diuiſio earundem (quod Neſtorianorum eſt) introducatur. Cum utriſq; hiſce, opinor, hæreticis, eorum'ue deceſſoribus, idem Greg. in eadem homil. ad hũc agit modum: Quòd quidem (ô hęretice) paſſus ſit filius Dei corporatus, in rationem deducis: ſed quòd ſua ſponte paſſus ſit, non addis. Qualia nunc quoq; patitur Verbum, eo quòd ab his quidem ut Deus honoratur & coungitur (συναλείφεται, quaſi ungens Deitas humanitatem unctam aboleuerit) ab alijs uerò tanquam caro (nunc porrò magis tanquam creatura) dehoneſtatur & ſecernitur. Quibus id iraſcatur, ſeu quibus potius ignoſcat magis? contrahentibus'ne perperam, an diſſecantibus? Nam & illos diſcernere, & hos coniungere oportuit: illos numero,
Ioan. 8. hos Deitate. Impingis in carnẽ: idem faciunt Iudæi. An & Samaritanum appellas? Id quod ſequitur, tacebo. Non credis Deitati. Hoc ne dæmones quidem
Marc. 5. fecerunt. O te & dæmonibus infideliorem, & Iudæis iniquiorem. Illi nanq; Filij appellationem, cohoneſtamenti (ὁμοτιμίας) uocem eſſe arbitrati ſunt: iſti au-
Matth. 21. tem propellentẽ Deum ſciuerunt. ex eo enim quod
Ioan. 2. patiebantur, perſuaſi ſunt. Tu autẽ neq; æqualitatem ſuſcipis, (ἰσότητα) neq; confiteris deitatem. Præſtiterat tibi,

ſat tibi,ut circumciderêre,& dæmonijs agitarêre:(ut aliquid quoq; ridiculè dicam) quàm in præputio & ſanitate tam malignè & impiè (ἀθέως) affectum eſſe. At enim bellum aduerſus illos aut ſoluatur, ſerius tandem aliquando ad rectum ſenſum peruenturos,ſi quidem uoluerint: aut differatur,ſi noluerint, & ita habere(ut habẽt)perrexerint. Nos nihil metuemus, pro Trinitate cum Trinitate decertantes. Hæc uerba uiri magni & Theologi ſancti, bene conſiderare deberent, qui carnem Chriſti glorioſam, creaturam eſſe aſſerunt & contendunt,&c.

—Primam nam ſpreuimus ultro.

Primùm ego diuinam ſum auram ſortitus:at ipſe
Noſtrã animam Chriſtus tandẽ, corpusq́ recepit,

Status Adæ ante lapſum.
Pœna peccati.
Fructus & utilitas mortis Chriſti.

Primum illũ iuris proprij quandoq, priuſquã
Suſpiciens colubrum fructum libaret, & inde
Aeternam mortem(prò præmia dira)referret,
Simplicibus uiſis mentem æthereisq́ fouentem,
Nempe Dei myſtam ſacris in rebus Adamum:
Hunc aſſerturus,noſtros Deus induit artus,
Cædem,decertans,homicidæ,ut morte piaret:
Guſtum felle,manus clauis ſuperaret iniquas:
Et lignum,cruce:tellurem,ſublatus in altum,
Et uitæ ac decori rediuiuum inferret Adamum.
Sic ille,ad fines extenſus membra quaternos, Ioan.12.
Finibus è cunctis homines collegit,in unum
Mortalem cogens, & magni numinis ulnis
Imponens, agni innocui, ſcelus omne,cruore

 Suſtulit,

Suſtulit, & nobis altum patefecit olympum:
Omni ſublato, ſacro de calle, piaclo.

Occultum iudicium Dei, imperueſtigabile.
Reuelata & manifeſtata eiuſdem de redemptione hominis uoluntas.

O' rex, quis ſenſumq́; tuũ, mentemq́; profundã
Rom.11 *Inquirat? trames cui flantis in aere uenti,*
Imbris cui guttæ, & numerus perſpectus harenæ:
1.Cor.2 *Conſilij' ue tui ueſtigia tecta reuoluat?*
Omnipotens, qui cũcta uides, & cũcta gubernas,
Eſa.40 Sap.9 *Quæ ſeclum premit immenſum. tibi dedita paruũ*
Vix cernit mens noſtra iubar, ceu fulguris ignem
Continuò fugientis in aere. Certius iſto
Nil tamen eſt, hominẽ tua quòd mors reddidit æ-(gra
Ioan.6 *Vita ex hac uitæ ſublatum liberiori.*

Liberatio hominis ex poteſtate principis huius mundi.
Coniugium terrenum.
Virginitas cœleſtis.

Magnus Princeps mundi. *Mundus humi uarios antehac, & uita labores*
Pertulit: & terræ regem plebs multa ſequuta eſt,
Fraudibus à magno ſeducti rege doloſis.
Luc.11 *At nunc aſſertos uitij de iure maligni,*
Ioan.12.16 Rex Deus. *Ad regemq́; ſuum Chriſtus, mundumq́; reduxit.*
Illud coniugij eſt, at uitæ cœlibis iſtud:
Hic terræ mundus, diuini numinis iſte.

EX